



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

81. An gestatio Reliquiarum in actu venereo, vel illas amasiæ dare, sit
circumstantia in confessione aperienda? Idem est de Agno benedicto, vel
calculo cum Indulgentia. Et quid, si prædictæ res ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

De Circumstant aggrau Ref. LXXXI. &c. 383

alij referendi. An scilicet peccatum admissum gestando reliquias sanctas in collo aut aliam imaginem, si id peccatum alioquin non sit directè contra cultum eis debitum, sit peccatum explicandum in confessione: Eandem quæstionem tractant alij in particulari casu exercendi actum venereum ea liplana gestando.

3. In hac re Philarchus de officio Sacerdotis tom. 1. part. 2. libr. 3. cap. 9. ad finem; affirmare videtur. Sanchez verò citatus vniuersim videtur negare, & in eandem sententiam refert Azorium tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæstione septima, quamuis enim de quibusdam peccatis loquatur Azor. verbi gratia peierandi, futuandi, detrahendi, maledicendi, &c. & non vtatur exemplo fornicationis, idem putat Sanchez illum sensisse in hoc. Cum Sanchez consensit Fagundez in primo præcepto Ecclesie numero primo, cap. quarto. num. 13. Diana etiam, qui tum part. 1. tractat. 7. de circumstantiis aggrauantibus. tum part. 3. tractat. 4. resolu-

5. Imo ego puto idem dicendum esse, si Parochus dum iret cum Sacro Oleo ad ministrandum Sacramentum Extreme Vnctionis infirmo, in itinere cum illo rem haberet cum muliere.

RESOL. LXXXI.

An gestatio Reliquiarum, in actu venereo, vel illas amasia dare, sit circumstantia in confessione aperienda?

Idem est de Agno benedictio, vel calculo cum Indulgentia.

Et quid, si prædicta res dentur amasia non ex gratitudine, & benevolentia, sed tanquam pretium actus venerei; an in isto casu esset sacrilegium hoc facere?
Ex part. 1. tractat. 7. Resolut. 18.

§. 1. **R**espondeo, quòd si in actu venereo gestentur Reliquia, vel Agni benedicti, vel calculi cum Indulgentia, non committitur sacrilegium, nec talis est circumstantia in confessione explicanda: quia comitanter se habent ad actum venereum. Quod etiam procedit, si dictæ res sacrae dentur amasia ex gratitudine, & benevolentia; non autem tanquam pretium actus venerei: nam in isto casu esset sacrilegium hoc facere; in primo verò est tantum irreuerentia quædam, re sacra, & Deo dicata remunerando actum turpem, & profanum. Et ita docet Filiucius to. 2. tract. 3. c. 7. n. 229. Ad tertia huius Operis Partis Tractatum 4. de Sacram.* Resol. 67.

Sup. hoc in Ref. præterita in principio §. 1. sed lege cam per tota & infra in Ref. 165 §. 1. in Ref. 18.

* Que hic est infra Ref. 165 §. 1. in Ref. 18.

RESOL. LXXXII.

An si quis haberet concubitum cum vestibus sacris, istæ polluerentur, & deberet hanc circumstantiam in confessione aperire?

Et an in tali casu vestes sacrae debeat iterum benedici?

Et cur sim docetur perditissimos homines in ore coire, & in hoc casu turpitudine illa contra naturam consistit, unde hoc in confessione explicandum est. Ex part. 1. o. tract. 12. & Misc. 2. Resol. 55. alias 54.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Marchant in Tribu-nali Sacram. to. 2. tract. 7. tit. 1. q. 2. §. 7. resolu. 2. vbi sic ait: ad sacrilegium spectat, si quis in habitu Sacro, vt Planeta, Catula, Tunica, Alba, vel aliis ornamentis Sacris fecerit concubitum haberet, illa enim istis fœditatibus sicut & Ecclesie contaminantur. Vnde qui Sacris amictus peccatum carnis committeret, crederem illum circumstantiam illam debere exprimere, tanquam sacrilegium extrinsecum constituentem. Ita ille. Vnde si quis haberet copulam cum vestibus Sacris, istæ vestes tanquam pollutæ deberent iterum benedici, vt de Ecclesia polluta ex concubitu, vel emissionem seminis statuitur.

2. Nota etiam hic obiter cum eodem Marchant vbi supra, §. 7. resolutione secunda, quosdam perditissimos etiam in ore coire, & in hoc turpitudine illa contra naturam consistit; vnde in confessione hoc esse explicandum alibi docuimus.

Alibi in to. 2. tr. 6. Ref. 184. §. vlt. ad medium, à vers. Erideo.

RESOL. LXXXIII.

An sit circumstantia aperienda in confessione, si quis haberet copulam in Oratorio alicuius domus, in quo de licentia Episcopi Missæ celebrantur?

Idem dicendum est, si copula haberetur in Sacrificio Ecclesie, vel in porta Ecclesie, à parte externa Ecclesie.

Sup. prima diffie. huius tituli signanter in tom. 4. tr. 2. Ref. 63.

Quæstio. 67. vbi in resolut. addit etiam Syluium secunda secunda, ad quæst. 154. articulo, decimo in fine, duo in hac re possumus querere, primò an sit irreuerentia, deinde an sit grauis, & explicanda in confessione, mihi in hac videtur distinguendum inter actiones, quæ peccata sunt, itavt quædam in prudenti hominum æstimatione videantur asserre secum irreuerentiam, si exercentur à gestante secum aliquid sacrum; quædam verò non ita, ideo meritò Azot in prædictis peccatis posuit exemplum, & non in fornicatione; licet quæstionem generaliter mouerit. Exerere ergo actum turpem cum meretrice non videtur posse negari esse aliquam irreuerentiam, si quis simul habeat secum Sanctorum Reliquias. Sed Cardinali Lugoni non videtur irreuerentia tanta vt sit mortalis, adeoque debeat explicari in confessione, quod mihi quoque videtur probabile præsertim cum non sit lex Ecclesiastica, quæ id constituit in materia reuerentiæ erga reliquias Sacras. Idem cum Azorio sentio (in quo à fortiori consensit Sanchez) non esse irreuerentiam reliquiarum si quis eas gesserit, tunc ex ira maledicere alicui, aut tunc furari, &c. esse tamen (vt sentit Lugo) irreuerentiam aliquam tunc fornicari, nisi forte inaduertentia, aut ignorantia ab omni culpa excuset, tales enim actus, & similes in prudenti æstimatione continent indecentiam, licet, vt dicebam non mortalem. Posset tamen tanta esse sanctitas eius, quod gestatur, & adeò crescere inde irreuerentia in tali actu, sub ea circumstantia, vt meritò censetur grauissima; Ideò meritò dixit idem Cardinalis disputatione illa decima - sexta, numero 513. Loquens de Sacerdote, qui secum portans Eucharistiam tale peccatum committeret. Ego sanè non excusarem à peccato graui contra Religionem, cui doctrinæ omnino subscribo. Addit tamen non esse eandem rationem de quolibet alio peccato mortali, verbi gratia, detractione contumelia, &c. Quamuis & in hoc ego non possum non videre magnam irreuerentiam, si quis Sacerdos portans secum pro ægrotò venerabile (etiam secretò vt in aliquibus locis iustus de causis fit) intermitteret, & in conuersatione effunderet detractiones, contumelias, peccaria, aut etiam minus honestis, & decentibus Ludis, Aleæ, Cartifoliorum, & similibus vacaret. Verùm hæc omnia prudentis æstimationis iudicio videntur relinquenda. In quo mihi nulla occurrit regula generalis ad id discernendum. Huc vsque Dicatillus.

4. Et omnia superius dicta ego puto non solum procedere quando quis cum complice peccaret, sed etiam cum pollueret se ipsum, militat eadem ratio, nempe irreuerentia nimis magna. Ergo, &c.